

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2040

Auteur(s) : Étienne du Mesnil [chevalier]

Bénéficiaire(s) : Robert Poulain, Rouen (archevêque)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1210, janvier

Lieu d'émission : Louviers

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Étienne du Mesnil, chevalier, confirme à Robert Poulain, archevêque de Rouen, la vente faite précédemment par Guillaume de Foleville à Gautier, jadis archevêque de Rouen, de l'île Jourdain et d'une autre petite île située entre le moulin de la Londe et le pont Esperlenc, qui relevaient de son fief, moyennant six marcs d'argent.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Bonnin Théodore, *Cartulaire de Louviers*, Évreux, Hérissey, 1870-1873, 6 vol., t. 1, n° CXXIV, p. 162-163.

Texte établi d'après a

Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit, Stephanus de Mesnil, miles, salutem in Domino.
Sciatis me confirmasse et concessisse domino Roberto, Rothomagensi archiepiscopo et successoribus suis imperpetuum, venditionem illam quam Willelmus de Follevilla fecit domino Waltero bone memorie, Rothomagensi archiepiscopo, de Insula Jordani et parva insula que site sunt inter molendinum de Londa et pontem Esperlenc, cum pertinentiis earum, quas predictus Willelmus de Follevilla de me tenebat. Insuper quicquid juris habui vel habere potui in insulis illis aut pertinentiis earum eidem Roberto archiepiscopo et successoribus suis in perpetuum concessi et quietum clamavi ; et ego et heredes mei garantizabimus eis contra omnes insulas predictas cum hominibus et earum pertinentiis, tenendas quietas in perpetuum, libere, pacifice et quiete. Et pro hac concessione, confirmatione et garantizatione dedit michi idem Dominus Robertus, archiepiscopus, sex marcas argenti, et pro redditu quem solebam habere in insulis illis, videlicet decem solidis et una libra piperis et una libra cimini, dedit michi in excambium quatuor acras terre et dimidiam de feodo Remigii, quas Walterus le Machun tenet jure hereditario, reddendo inde annuatim tredecim solidos et dimidium in festo sancti Remigii, tenendas michi liberas et quietas.

Ego autem, ad hujus rei testimonium perpetuum, presenti scripto sigillum meum apposui.
Testibus hiis : magistro R. Balbo, archidiacono ; W. de Tria, decano ; W. de Sancto Paulo ; R. de Vi ; magistris R. de Esseio et N. de Sancto Germano et J. de Salemonvilla, canonici Rothomagensibus ; Rogero Harenc ; Rogero Seine Sause ; Willelmo, fratre ejus ; militibus ; Adam de Cavavilla, milite ; Gilleberto de Plancheto ; Radulfo, fratre ejus ; Gaufrido de Curia ; Garnerio, castellano ; Sansone ; Alexandro ; Willelmo de Follevilla ; Roberto le Franceis ; Radulfo de Maupertus ; Roberto Cervo ; Rogero Marescot, et pluribus aliis.

Actum fuit hoc apud Lovers, anno incarnationis Dominice M° CC° decimo, mense januario.